

Band II., Nr. 542, Seite 370

*Die Königin Maria übergibt der Kirche in Adelberg einen ihr gehörigen Hof
in Oberesslingen für das Seelenheil ihres Gemahls, des ermordeten Königs
Philipp.*

Hohenstaufen, (1208). August 20.

Maria, dei gratia Romanorum regina augusta. Universis hoc presens scriptum intuentibus. „Iudicia dei abissus multa!“ Cum dilectus dominus ac maritus noster Philippus, gloriosus Romanorum rex augustus, sicut divina previdit ordinatio et fieri permisit eius occulto iudicio, ab hac vita decesserit intestatus, nos, que adhuc ei superstes sumus et per iustum et legitimum matrimonium quo ei coniu[n]cte fuimus secum fuerimus unum corpus, id quod ipse dominus noster, crudelissima morte preventus, nec fecit, nec facere potuit, dignum censuimus per nos hoc subpleri, maxime cum nos per gratiam ipsius in universam omnium bonorum suorum legitimam intraverimus hereditatem, hoc ipso domino nostro diu ante diem obitus sui ordinante. Notum igitur facimus omnibus hoc publicum instrumentum inspicientibus, quod nos pro salute anime iam dicti domini nostri quandam curiam nostram in superiori Ezelingen cum omni iure in iustam proprietatem tradidimus ecclesie in Madelberch, ut illa curia de cetero deserviat omnibus personis in ipsa ecclesia Madelberch deo iugiter famulantibus. Ad maiorem igitur huius facti nostri certitudinem et ne postmodum id revocari possit in dubium, presentem inde cartam conscribi iussimus et sigillo nostro communiri. Testes huius rei sunt: comes Ludewicus de Wirtemberch. Vlricus notarius de Ulma. Bernoldus de Stophen. Egeno de Stophen. Eberhardus de Ticimbah et alii quam plures.

 Datum apud Stophen, XIII. kalendas Septepbris, indictione XI.¹

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Auf der Rückseite der Urkunde noch ein kleines, unförmiges Bruchstück des hier ehemals aufgedrückten Siegels an dem zu seiner Befestigung dienenden Streifen.

 Der sonderbare Einfall von Scheid, dass die württembergischen Räte, welche diese Urkunde an Crusius mitgeteilt, den Zeugen *comes Ludewicus de Wirtemberch* darin eingeschoben haben, widerlegt sich einfach durch den unversehrt vorhandenen Originaltext.

¹Der August dieser Indiktion fällt in das Jahr 1208. Den 23. Juni dieses Jahres wurde Philipp ermordet.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 15

Editionen:

Crusius: Annales Suevici, Bd. 2, 12, Kap. 14, S. 561. CHRISTIAN LUDWIG SCHEID: Origines Guelficae [...], 5 Bde., Hannover 1750-80, Bd. 3, Prob. lib. 7, Nr. 299, S. 781 (nach Crusius).

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 15

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Hohenstaufen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Bad Ditzenbach Wohnplatz (574)
 Bad Ditzenbach, GP
 Hohenstaufen (Burg) Wüstung (21669)
 Hohenstaufen (Burg), Göppingen, GP, W
 Oberesslingen Wohnplatz (341)
 Oberesslingen, Esslingen am Neckar, ES
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)